

Zeitschrift: Archiv des Historischen Vereins des Kantons Bern
Herausgeber: Historischer Verein des Kantons Bern
Band: 7 (1868-1871)
Heft: 3

Artikel: Jahrzeitenrodel der Augustiner und Augustinerinnen von Interlacken :
aus der Mitte des vierzehnten Jahrhunderts im Staatsarchiv von Bern
Autor: M.S.
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-370744>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 28.03.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Jahrzeitenrodel

der

Augustiner und Augustinerinnen

von

Interlachen.

Aus der Mitte des vierzehnten Jahrhunderts im Staatsarchiv
von Bern.



Jeder Geschichtsforscher weiß, was ein „Jahrzeitenbuch“ ist. Der Form nach liegt ein solches hier nicht vor. Im Wesen kommt es ihm nahe; nur fehlen alle Zeitdaten. Dafür hat der Rodel Angaben über Natur, Umfang und Klauseln der Stiftungen, die im Jahrzeitenbuch, welches verloren, wohl schwerlich so genau verzeichnet gewesen sind.

Gleich zu Anfang wird bemerkt, daß für alle diese Jahrzeiten (Anniversaria) eigene Titel vorhanden sind. In der That finden sich viele derselben in den Interlachen-Urkunden des Staatsarchives vor. Hiedurch wird die Zeit der betreffenden Stiftungen bekannt, da und dort auch der Todestag desjenigen, dem die Jahrzeit galt.

Wir begnügen uns jedem einzelnen Regeste, wofür noch eine Sonderurkunde vorhanden ist, das Jahresdatum derselben in Klammern vorzusetzen. Wenige der genannten Persönlichkeiten bieten ein historisches Interesse dar; hingegen findet der Forscher hier werthvolle Aufschlüsse über Topographie, Rechtsgebräuche, Landwirthschaft, Sittenzustände, Sprachformen u. s. w.

Unser Model diene ohne Zweifel demjenigen Conventualen des Klosters, dem die Sorge für strenge Einhaltung aller an die Jahrzeitstiftungen geknüpften Bedinge übertragen war, zur jeweiligen Orientierung, sowie zur Entgegennahme der hiefür von den Klosterchaffnern einzuziehenden Geld- oder Naturalzinse. Mit Rücksicht auf Letzteres mag die Zusammenstellung nach Territorien gewählt worden sein.

Solcher Territorien, entsprechend wahrscheinlich ebensoviel Schaffnereibezirken, treten vier auf: Oberland, Thun und Umgegend, Bern und Umgegend, Freiburg. Diesem folgt ein Anhang von sechs später hinzugefügten Regesten, die sich alle auf Stiftungen aus den oberländischen Gegenden beziehen.

Von Bieren besitzen wir noch die Urkunden selbst. Sie tragen Daten aus den Jahren 1345 und 1346. Die jüngste der früher Eingetragenen ist vom Jahre 1344. Zwischen hinein scheint mithin die Anfertigung des Models zu fallen. Es war dies eben die Blüthezeit der beiden Interlachener-Convente. Denn 1347 zählte der männliche (conv. exterior) 30 Priester und 20 Conversen, der weibliche (conv. interior) nicht weniger als 350 Schwestern.

M. v. St.

P. 1. Hec est registratio anniversariorum, de quibus habentur littere super custodia de bonis supra lacum.

Anniversarium fratris Bur. Leuxingers solvens III libras, equaliter dividendas de bonis libere nobis donatis, videlicet de agro dicto dūr Phwuacher, prato an düm Bletzschen, prato in dem Loche, prato in der Sarbacheia solventibus decem solidos, prato vor Bœningerron Brugga solventi v solidos, agro an den Bletzschen solventi III solidos, frusto prati in dūr Rūchi solventi II solidos, prato in der Tiebaldeia solventi II solidos, medio jugere in dem Brunachre solventi xx denarios, pascuis decem vaccarum in alpe Wergenstal solventibus xv solidos. Item de pratis in Breitlöwinon, uno scilicet secondio et dimidio empto ab Heinrico z'der Stapphon solventibus vi solidos, tribus secondiis emptis a Heinrico der Blindi solventibus vii solidos, duobus cum dimidio secondiis emptis a Kristano Swartzzen solventibus sex solidos et uno secondio empto a liberis quondam Heinrici de Bache.

Item anniversarium domine quondam Bercte de Riggesberg solvens quicquid percipi poterit de quarta parte infimi casalis in Suls pro tertia parte exteriori, et duabus partibus interiori conventibus, post obitum duntaxat sororum Katherine et Margarete de Riggesberg adhuc superstitum.

Item anniversarium ejusdem domine Bercte solvens octo libras de bonis infrascriptis sitis in territorio villarum Inderlappen et Widon, agris videlicet infrascriptis: in dem Gerüte tribus jugeribus, ze Louwinon II jugeribus, z'den Gernbrittern duobus jugeribus cum dimidio, Ober Widon ze dem Rore I jugere, agro dicto den Vridung I jugere et orto dicto Hanfgarten sito super opido Inderlappen, ze

dem Hotzenbirme $\frac{1}{2}$ jugere solventibus ab antiquo unam libram denariorum. Item agro an dien Matton dicto Madstukli I jugere, z'dem Breitemboume I jugere, agro Bodestükli I jugere, dimidio jugere super quo leprosa residabat, in Tschingleia I jugere, secondio dicto Bart vulgo dicto Mansmatt, an dien Rorn II secondiis, apud Widon I jugere contiguo agro Waltheri Winmans, agro dicto der Phulwacher I jugere; quorum predictorum bonorum emphyteoticum jus per predictam dominam Berctam liberatum fuit a Heinrico Yscher et deinceps nunc solvunt VI libras annuatim. Item de tribus secondiis an dien Rorn ob der Langeneija, agro z'den Gernbrittren I jugere, agro zem Müliholtz dicto Anwandere I jugere; quorum bonorum emphyteosis liberata fuit a Heinrico fabri et nunc deinceps solvunt annuatim I libram denariorum. Item de bonis in Grenkon comparatis a Johanne Burgere unam libram reddituum annuorum; que octo libre pro tertia sui parte exteriori, et due partes interiori conventibus ministrabuntur post obitum predictarum sororum Katherine et Margarethe. Si quid autem accreverit predictis bonis vel accrescere poterit in censu, equaliter distribuetur. Nunc vero tempore confectionis hujus papiri cessit una libra exteriori conventui ex morte Katherine senioris de Riggesberg, ut patet in instrumento altero super hoc confecto.

(1318.) Item anniversarium Bur. de Underbach II $\frac{1}{2}$ libras de una quarta parte infimi casalis in Suls, et quod accrescere poterit de censu, equaliter dividetur inter conventus.

P. 2. Item anniversarium domini Chuonradi quondam plebani in Hasle xxxvii solidi de bonis in Wilderswile olim ex deposita ejus apud nos pecunia comparatis et III solidi de alpe Sachsatton ab eodem similiter comparati.

Item anniversarium domini quondam Gerhardi de Vriburgo I solidi de prato Badismatt, vel si dictum pratum ad dictum censum non sufficeret, saltem de rebus aliis

conventus; qui census ministrabuntur tantum exteriori conventui, prime mense et ministris ejusdem, infirmis notoriis et eis, circa quos dominus prepositus vel prior ob causam rationalem dispensaverint in diebus jejuni orum seu necessitate exigente.

Item anniversarium sub copia domini Johannis de Koppingen due libre exteriori conventui et III interiori de curti ecclesie in Belp; quarum si ministratio facta non fuerit, heredes quondam Ulrici de Koppingen et Mechthildis uxoris sue locare et invadere possunt possessiones nostras in Belp, quousque dicta ministratio fiat.

(1307.) Item anniversarium Heinrici de Leuxingen et uxoris sue, scilicet census bonorum infrascriptorum, sitorum prope villam Wilderswile unius videlicet secundii an der Dorfmatton, contigui bono dicto des Bongartters Phulweler; item II secundiorum an der Egerdon contiguum Selgerseia, item in villa Leuxingen unius aree dicte de Anthuobt super qua residet Wernherus ab Stoffelberg, Item boni in Beittelriet quod Petrus in der Löwinon colit, VI videlicet jugeribus agri et VI secondia prati uff dem Alpweg, libere donatorum; qui census equaliter est dividendus sub pena anniversariorum, et sub ea pena quod si dicti census ad usus talis anniversarii non venirent, ad sorores nostras devolventur.

Item declaratio predictorum bonorum immediate positorum in alia littera, que videtur addere vel declarare; scilicet bonum zem Suone, unum frustum terre et arbores insitas eidem frusto ze Suone, nec non arbores spectantes ad idem frustum. Item terram dictam am Eglolff.

Item anniversarium domine quondam Bercte de Leuxingen, videlicet v solidi exteriori et x solidi interiori conventibus, de agro Wernheri de Leuxingen quem nobis libere tradidit ad dictos usus, qui situs est in Bettelriet conti-

guus bono in Bettelriet nobis per Heinricum de Leuxingen tradito.

(1308.) Item anniversarium domini quondam Ruodolfi de Wissenburg, videlicet census qui percipi potest de feodo et bono in dem tal ze Grindelwalt dicto an der ussren Schonegga.

(1306.) Item ordinatio domini Gerhardi quondam de Rivo de anniversario conquiendo per res suas mobiles post ejus mortem.

Item anniversarium domini Nœkeri de Rivo militis, videlicet decem solidi de domo sua sita in opido Inderlappen prope capellam; quos decem solidos heredes possunt redimere x libris dandis conventui, et tunc conventus tenebitur ad solutionem dictorum x solidorum; quam si negligerent, census sic neglectus ad heredes devolveretur.

P. 3. (1325.) Item anniversarium Chuonradi quondam Muosbachs et Mechthildis uxoris sue, redditus videlicet unius libre denariorum super bonis in Sigriswile sitis, videlicet de area ante domum Chuonradi Binvas, super qua stat pirus. Item de area sita ze Dorf sub domo Ulrici Spætli. (1327.) Item de agro im Saline et de agro dicto im Wingarten; qui redditus post obitum sororum Katherine et Margarite Muosbachinen, et non antea, nobis in usum venient.

Item anniversarium fratris Chuonradi quondam de Hasle, redditus videlicet unius libre de bonis infrascriptis, videlicet de duabus areis in Matton et prato dicto in der Rüti et agro dicto Hofacher et uno hanfgartten et agro im Grubin et agro am Rülant et bonis aliis sitis in Matton, emptis ab Uolrico dicto Emchen; qui redditus ordinati sunt exteriori tantum conventui.

Item anniversarium Heinrici de Egerdon, redditus unius libre de bonis nid düm Wege sitis in Grindelwalt exteriori tantum conventui.

(1312.) Item anniversarium Ulrici vel Waltheri de Mülinon, redditus x solidorum de tribus jugeribus nobis donatis et heredibus dicti Waltheri reconcessis pro x solidis; qui si per heredes non solvantur, revolvuntur ad nos pleno usu; sunt autem jugera hec: unum videlicet in Linsinerron, alterum in Lowinon, et tertium in Schœnenbuel sita; nex exprimitur quomodo dividantur.

Item anniversarium Wernheri Geburen x solidi de agro dicto Tüieacher; qui x solidi si per heredes non solvantur, exteriori conventui tantum, ager idem libere ad nos devolvitur.

Item anniversarium comitis Elybeth de Arberg i libra; anniversarium Petri Rütiners xv solidi. Item xiii solidi in festo corporis domini. Item anniversarium Petri dicti Küng v solidi posita in una littera super alpem Ysellton; que si ad hoc non sufficeret, super alia bona ecclesiastica exteriori tantum conventui.

(1322.) Item anniversarium Ite dicte Kuppherlinon x solidi exteriori conventui, de bonis videlicet agro in dem ussern Gruobin, agro juxta nucem dicto Abon, prato dicto Weitzlismad et prato von dem Steinhuse, emptis a Wernhisco (?) et Burchardo dictis Schiltmann.

Item anniversarium Heinrici dicti Kyenlouwiners, videlicet domus ejus sita in opido Interlacensi inter domos quondam Chuonradi de Sigriswile et quondam Waltheri dicti Mancisi, solvens unam libram et quicquid amplius solvere poterit, equaliter exteriori et interiori conventibus dividendum.

P. 4. Item anniversarium Uolrici dicti Swendlers, una libra reddituum translatorum super dictum der Rorzun, inter agros Thome de Wissenburg et Chuonradi Muosbachs, sub conditionibus istis, videlicet quod heredes Rudolphi dicti Stüris redimere possunt pro xx libris tale onus de agro predicto, et tunc conventus tenebitur emere vel de suis

bonis assignare redditus unius libre predicte; quod si non fieret, bona predicta ad heredes predicti Ruodolfi Stüris devolventur, si hoc distulerimus emendare ultra mensem post heredum monitionem; et tunc nichilominus ipsi heredes iterum tenebuntur de solutione unius libre predicte, exteriori tantum conventui, hac ordinatione facta de bonis predictis.

Item anniversarium Richentze quondam Müller, videlicet v solidi statuti per Cuonradum Müller de domo dicti Chuonradi in Inderlappen inter domos Johannis Stüris et Johannis de Ried, sub tali pacto, quod si quando dispensator anniversariorum reciperet v libras denariorum et se astringeret ad effectum solutionis predictorum v solidorum, quod heredes tunc essent absoluti.

(1305.) Item anniversarium Bur. de Schertzlingen, videlicet unum pratum per eum nobis donatum quod fuit quondam Ottonis dicti Winmans, contiguum ex una parte fossato opidi de Inderlappen et ex parte altera terre, quam pueri quondam Rudolphi ab Brug a nobis tenuerunt et ejusdem prati fructus; quod pratum ei et Gisle uxori ejus concessum fuit pro annuo censu unius solidi denarii; post quorum mortem nobis integre cedit dictum pratum, ejus censu pro tertia parte exteriori et duabus partibus interiori conventibus dividendo; que divisio si interiori conventui quoquam anno non fieret, census dicti prati ad sorores integre volveretur.

Item anniversarium Chuonradi quondam Hunis, videlicet redditus unius libre de omnibus bonis ejusdem resignatis per heredes ejus in manus quondam prepositi et capituli et ab eisdem per eosdem heredes receptis, cum aliis quibusdam conditionibus ad hanc materiam non spectantibus.

(1324.) Item anniversarium Waltheri Warnalgel, videlicet redditus unius libre equaliter conventibus dividende de bonis nostris que colit Johannes de Höven, videlicet una area

et secundo uno et orto dicto Hanfgartto solventibus duas libras. Item de bonis que faber colit, videlicet agro dicto zem Rottenbache solvente quindecim solidos, item de bonis que colit Chuono Vruozet videlicet area et prato solventibus XII solidos. Item de bonis que Bur. Zander colit, videlicet pratis uffem Ried solventibus XXVII solidos.

(1330.) Item anniversarium Jordani et Gertrudis de Wattenwilr, x solidi de bonis emphiteoticis super Rottenfluo a Chuonrado Witzzenen emptis, exteriori conventui tantum; cujus anniversarii celebratio si anno quoquam neglecta fuerit, eo anno dicti x solidi hospitali inferiori in Berno cedent, illo anno tantum; si vero tribus continuis, totaliter et perpetuo eidem hospitali cedent.

P. 5. (1320.) Item anniversarium Bercte dicte Binvassi videlicet x solidi reddituum de bonis videlicet prato dicto Yschersmadd an der Berneia sito apud Wiler Trenkki solvente VIII solidos et agello dicto der Tretgarn sito ante villam Inderlappen bi dem Gurgel solvente duos solidos, a Heinrico Yscher emptis exteriori tantum conventui.

Item anniversarium Petri quondam Rütiners redditus unius libre et unius solidi de bonis nostris feodi videlicet siti in Bolsiton, exteriori tantum conventui.

Item require in fine registrationis ceteras litteras super lacum hic non contentas.

(1339.) Item anniversarium Chuonradi et Waltheri Sampach, videlicet pratum donatum per eos libere pleno censu situm in territorio ville de Inderlappen dictum de Matt z'den Dornen in Tschinngleia prope locum Araris dictum Gurgel, exteriori tantum conventui; cujus anniversarii celebratio vel census totius ministratio si negligeretur quoquam anno, illo anno duntaxat ipse census hospitali novo in Berno cederet.

Item anniversarium Heinrici de Kyenlouwinon xvi solidi equaliter dividendi conventibus de feodo nostro dicto Widersguot sito in villa Merlingen trans rivum, tres libras denariorum solvente.

(1317.) Item anniversarium Kristani Tschingler xxx solidi equaliter conventibus dividendi de quarta parte census alpis dicte Wergenstal.

(1324.) Item anniversarium magistri Tietrici scolastici Ansoltingensis, videlicet xl solidi equaliter dividendi de bonis, videlicet agris sub castro Uspunnen, quos Waltherus Zimmermann colit, sitis in Wilderswile, et alpe xx vaccarum in Wergenstal, empti a fratre Johanne zem Bache; que bona emit et libere donavit idem magister ad usus dicti anniversarii sui.

Item ordinatio domini Wernheri quondam de Stevensburg duarum librarum equaliter dividendarum et decem solidatarum ecclesie custodi de bonis sitis in Grenkon emptis a Johanne dicto Burger; que bona idem dominus Wernherus libere emit ad dictos usus videlicet anniversarii olim per Waltherum a dūr Matten aliter ordinati, ut patet in litera. Item alia littera confirmans hoc factum per Waltherum a dūr Matton.

De bonis circa Thuno.

Item anniversarium Heinrichi quondam de Diesbach, post mortem sororis Kristine de Diesbach, et non antea, xx solidi equaliter dividendi de area dicti Heinrichi sita in Dyesbach juxta domum Petri hospitis, et bono ad dictam aream pertinente; quam aream et bonum Hermannus de Dyesbach colit, sub conditione tali quod heredes potuerunt infra quinquennium tollere dictum onus ab dicta area xxv libris solutis conventui; quod si factum fuit, conventus tenetur emere alias res ad dictos usus.

P. 6 Item anniversarium Uolrici de Wichtrach, xx solidi equaliter dividendi de bonis ejus que colit R. de Ringgoltzwile; quod onus heredes tollere possunt xx libris conventui; quibus datis conventus tenebitur illis xx libris emere res quas potest ad dictos usus. Anno autem, cum vel ministratio vel celebratio anniversarii negligeretur, census ad heredes devolvetur.

(1310.) Item anniversarium Burcardi de Grenkon, videlicet bonum dictum ze Buochholtz, quod idem Bur. ab ecclesia nostra emerat antea, solvens xxxv solidos et ager quem idem Bur. emit ab Uolrico teoloneario solvens vi denarios; que bona libere tradidit idem Bur. ut census predictus sic dividatur, videlicet exteriori conventui xvi solidi et interiori xx solidi. Et si quoquam anno celebratio anniversarii negligeretur, dicta bona ad heredes revolvuntur, danda tamen subito per eosdem heredes alteri monasterio.

(1298.) Item anniversarium Uolrici quondam Swendlers, videlicet i libra interiori de domo sita in Thuno, sita inter domos C. de Tœffental et Petri de Ride. Item redditus unius libre de allodio suo sito ze Birnos, quod solvit xxv solidos; que libra una danda est conventui exteriori. Qui redditus et bona si per nos exhiberentur venalia, ad heredes devolventur; si vero census de dicto allodio infra mensem post requisitionem non solveretur, ipsum allodium ad nos devolveretur.

(1307.) Item anniversarium Petri de Wichtrach, terre sue videlicet et possessiones site in parrochia de Thuno in loco dicto Harttolsberg, quas R. et Henricus colunt, solventes xxxiiii solidos et vi denarios ac duos modios spelte; que bona idem libere tradidit. Et reconcessa sunt ei et Adelheidi uxori sue pro censu libre cere dimidie; et post obitum alterius conjugum cadet una libra de bonis predictis; sed post mortem amborum bona ipsa cum toto fructu. Que bona si alienaverimus ad heredes devolventur, et etiam census ipsorum bonorum non fuerit datus ad usus anniversarii predictos, exteriori conventui tertia pars census qui percipi poterit et interiori due.

Item anniversarium Henrici de Grenkon et uxoris sue, videlicet bonum uffen Wiler quod Bur. z'der Stapphon et Waltherus sacrista colunt, libere donatum nobis per eos, sed reconcessum eis ad vitam. Sed uno eorum decedente libere cum pleno uno veniet ad usus anniversarii, videlicet exteriori conventui tertia pars et interiori due partes.

(1316.) Item anniversarium domini Chuonradi de Burgenstein, post mortem dicti domini Chuonradi bona hec nobis per eum collata libere, videlicet bonum in Bodentzingen quod colit Heinricus dictus Wipprecht. Item bonum ibidem quod colit Heinricus dictus Lœtscher. Item in Tannenbuel bonum quod colit R. Gerungi. Item ibidem bonum quod (p. 7) Uolricus Waltheri colit. Item ibidem bonum quod colit Johannes dictus Starkko. Item ibidem bonum quod colit Uolricus dictus Lœtscher. Item ibidem bonum quod colit R. dictus Heltt. Item in Bluomenstein bonum quod Wilhelmus filius Kristani a dūr Matton colit. Item ibidem bonum quod Chuonradus filius Petri in Underholtz colit. Item ibidem bonum quod Bur. Lamli et Petrus frater ejus colunt. Item ibidem bonum z'der Müli cum ipso molendino inferiori quod Johannes Anshelmi colit, pro communi refectioe exterioris et interioris conventuum in carnibus et bono vino; que refectio ultra decimum diem prorogari non debet post anniversarium ipsius; quod si fieret aut si celebratio dicti anniversarii aut ministratio ipsius pecunie census bonorum negligeretur, census eo anno tantum cederet persone litteram monstranti, que super hoc per nos tradita est.

(1321.) Item anniversarium Clemente de Utzzensdorf, domus videlicet sita in Thuno inter domum Petri Biggler ex una parte et Ulrici Bleikker ex altera parte post sui mortem et mariti sui solutura totum censum, sive censum, quantus emi potest cum pecunia, si dicta domus per conventum venderetur dividendus conventibus equaliter. Item littera alia habetur de auctoritate advocati sui.

(1314.) Item ordinatio Uolrici et Clemente de Utzzensdorf omnium rerum suarum nostre ecclesie facta post mortem eorum; que res converti debebant in usus anniversarii sui equaliter dividendos, si sine liberis decederent; quod et factum fuit.

(1322.) Item anniversarium Chuonradi zem Kere, videlicet bonum in Sigriswile dictum Schoenwant bi dem Satle,

quod Petrus dictus Kaltsmit colit, libere donatum nobis per eum; cujus census qui percipi potest equaliter est conventibus dividendus.

Item anniversarium Ruodolfi quondam Mieschers, videlicet redditus duarum librarum equaliter dividendarum, cadentium tantum post obitum duarum filiarum suarum, de bonis ejus sitis ze Troien que colunt C. de Leuxingen et Wernherus zem Esche; eo pacto ut si census dictus non solveretur de bonis predictis, ipsa bona devolventur ad nos pleno jure; et si sic devoluta ad nos alienaremus, devolventur ad heredes.

Item anniversarium Wernheri a dūr Matton, videlicet vinetum, quod quondam fuit ager, quem coluit Andreas ze Würtzbrunnen, sic quod dictum vinetum famuletur mense nostre post obitum dicti Wernheri et Ite uxoris sue; si tamen pro dicto vineto reddidit aliquod bonum equivalens, ut sonat littera.

(1337.) Item anniversarium Mechthildis de Gambach de tribus libris, quarum una exteriori conventui et due interiori, super bonis donatis comiter ecclesie per eam. Quorum nomina sunt hec: videlicet bona ejus in Chuonolfingen sita sex modios spelte solventia I libram denariorum, que colunt Johannes de Chuonolfingen in Niderdorf et Johannes de Ostermundingen. Item bonum ejus in Herblingen solvens IIII modios spelte et XVIII solidos denariorum, quod colit Johannes Eicher. Item bonum ejus in Dyesbach, solvens duos modios spelte et octo solidos denariorum, quod colit P. de Dyesbach, filius fratris ejus. Item in Strangenstal bonum meum solvens duos modios spelte et XII solidos denariorum, quod colit Wernherus de Strangenstal. (p. 8) Item bonum ejus in Bleichen solvens unum modium spelte quod quondam coluit Wernherus de Bleichen. Que bona si alienaverimus, cedent ad interiorum conventum, dicto anniversario tamen trium librarum minime variato.

(1312.) Item anniversarium Ruodolfi de Scharnachtal, qui donavit nobis suam partem in alpe Mengel, cujus

census distribui debet pro tertia parte exteriori et duabus partibus interiori conventibus. Item similiter agrum suum dictum in der Hansferron.

(1317.) Item anniversarium Waltheri de Ride, bona videlicet in Ebned in parrochia ecclesie de Stevensburg solventia annuatim IIII libras denariorum. Item area super qua residet Chuonradus dictus Galtner et ager in der Rūthi solvens annuatim XII solidos; quorum census equaliter dividi debet, eo pacto quod si anniversarius dies dicti Waltheri in festo Gereonis martyris et dies domini Arnoldi de Wediswile XVIII kalendas Februarii negligeretur celebrari, eo anno tantum dictus census ad ecclesiam Ansoltingensem devolvetur.

Item anniversarium domine Adelheidis de Wichtrach, redditus xx solidorum, quorum undecim statim cesserunt, alii novem cedent post obitum Elisabet, Adelheidis et Katherine, filiarum fratris sui, ad uniuscujusque mortem III solidi. Si autem dictos redditus alienaremus vel non celebraremus diem anniversarium vel dictos redditus non ministramus, ad heredes revolverentur.

(1296.) Item anniversarium Chuonradi de Tœffental videlicet redditus xx solidorum de bono meo sito in parrochia de Hiltolfingen sic dicto guot in Swendi am Wiler et prato suo am Winterberg, ad usum boni vini et piscium in conventu; quod si ministrationem ipsam negligeremus, redditus ipsi ad heredes devolventur. Sed si heredes dictos redditus non solverent infra octavam Andree, ipsum bonum ad monasterium devolvetur.

Item anniversarium Nicolai Sennen v solidi exteriori et x interiori, scilicet de bonis nostris super Sneitta emptis a Heinricho Schœuben, que H. et Wal. ab Sneitta colunt.

(1317.) Item anniversarium Waltheri de Ride, Bercte et Hemme uxorum suarum, qui dedit nobis bona in Ebnoed, ad usum tantummodo sororumstrarum.

(1324.) Item anniversarium Uolrici Swendlers, xi solidi exteriori conventui tantum, de bonis predicti Uolrici in Bir-mos xx solidi, et ceteri xx solidi de bonis nostris que colit Johannes de Hoven, videlicet media area, secundo uno, orto dicto Hanfgartten; faber agrum colit zem Rottenbache; Chuono dictus Vruozere colit aream et pratum. Item Bur. Zaner colit prata uffem Riede.

P. 9. (1319.) Item anniversarium Johannis de Husen, qui dedit nobis libere montem xxv vaccarum in alpibus Wergenstal et am Wespis; cujus proventus totaliter sunt conventibus equaliter dividendi sub pena census illo anno ad heredes reversuri, et ejus anniversarium celebrandum sub eadem pena.

Item ratihabitio immediate precedentis littere per heredes ejus.

Item anniversarium domini Jordani de Burgenstein qui tradidit nobis partem suam in alpe Entscholon tunc solventem duas libras. Item bonum in Rormos solvens tunc duas libras. Item partem suam in bono dicto Lochmansbuel solvens xxiiii solidos tunc; quorum fructus qui percipi potest pro tertia parte exteriori conventui et pro duabus interiori solvi (debet). Sed heredes possunt redimere dicta bona pro centum libris convertendis in alia bona, pro dicto usu sub pena anniversariorum nostrorum (?).

(1342.) Item anniversarium domine de Wediswile de domo sua in Thuno due libre; quarum tertia pars nobis et due sororibus nostris cedent.

P. 10. (Ganz leer.)

P. 11. Item annivers(ar)ia in Berno et circa Berno.

(1314.) Anniversarium Nicolai Nünhoupten, qui dederat nobis unam scoposam sitam in Worwa, quam colit vidua dicta de Rüfennach, pro libero allodio, solventem vi choros spelte, i modium avene, vii solidos denariorum; qui proventus sunt equaliter dividendi.

(1322.) Item anniversarium Bercte relictæ quondam Nicolai Nünhobten, videlicet x solidi equaliter dividendi de duodecim scoposis suis in Gertzense, non alienandis per nos; qui si quoquam per possessores non darentur, duplicari deberent quotiescumque hoc fieret.

Item anniversarium Uolrici Regenchuotz et uxoris ejus, qui tradidit nobis libere post ejus et uxoris sue predictæ mortem possessiones suas sitas in Alterswile in parrochia ecclesie de Hœnstetten solventes ix modios spelte dividendos exteriori videlicet iii modios et interiori sex, et solventes insuper xxxvii dividendos, fratribus videlicet domus Theutonice xvii solidos, et minoribus x solidos, et predicatoribus (x solidos); qui si dictum anniversarium non celebrarent, ad nos taliter neglecta eo tantum anno redirent; si vero dictas possessiones alienaremus et infra annum non revocaremus, ad hospitale in Berno inferius devolventur.

(1324.) Item anniversarium Nicolai Vriesen, qui dedit nobis libere possessiones suas sitas apud Ruerswile, solventes vi modios spelte et xxx solidos denariorum censuales; si autem dicte possessiones per nos alienarentur, sororibus nostris cederent.

(1323.) Item specificatio predictæ ordinationis immediate, quod Nicolaus Vrieso et Salina uxor sua habebunt predictas possessiones ad vitam suam; uno tamen mortuo conjugum xv solidi equaliter dividendi cedent nobis de dictis bonis, et post obitum alterius reliqui xv solidi et sex spelte modii equaliter dividendi; sic tamen quod de predictis redditibus post obitum amborum sorori Katherine a dür Matton, conventuali nostre, post cujus mortem totum cedet nobis, si dicte ministrations dispensatori anniversariorum non fierent vel alienationes dictorum bonorum, dicte possessiones sororibus cederent.

(1331.) Item anniversarium Saline Vriesine, que post ejus et Anne famule sue mortem nobis libere donavit bonum suum situm apud Hyrtzzegga in parrochia de Obern-

burg solvens IIII modios spelte et xxx solidos denariorum, que Anna relicta quondam Burchardi ibidem colit, et quod emptum fuerat a domino Burchardo de Porta titulo allodii; quod bonum alienari per nos non debet conditionaliter.

P. 12. (1334.) Item anniversarium Hemme filie quondam Uolrici zem Brunnen, que donavit nobis titulo allodii terciam partem boni siti in Chuonolfingen, quod Heinrichus de Appenberg colit, et quicquid inde percipi potest, exteriori conventui pro tertia parte et interiori pro duabus dividi debet.

(1315.) Item anniversarium sororis Hemme dicte Bernerin, videlicet redditus xl solidi de bonis nostris in Wengen a domino Johanne de Wediswile emptis, equaliter dividendi; que ministratio, aut anniversarii celebratio si non fieret, eo anno dicti redditus cederent hospitali inferiori in Berno.

(1291.) Item dotatio misse perpetue in altari sancti Egidii pro defunctis per magistrum Egidium medicum, cum terris infrascriptis sitis apud Mure solventibus xvi modios spelte, octo modios avene et duas libras denariorum, et xvi pullos, videlicet duabus scoposis quas colit Johannes de Brunnadron; tribus scoposis quas colit Michahel frater ejus; tribus scoposis quas colit H. dictus Berner. Item dedit nobis redditus v solidorum de una scoposa, quam colit Chuonradus de Eiche. Ordinavit etiam quod, si dicta capella vel altare aliquomodo destruerentur, per nos reedificari debent infra annum, et interim missa predicta in alio altari legi; que predicta si non sic fierent aut etiam bona ipsa per nos alienarentur, dicte possessiones ad heredes redirent aut ad predicatorum in Berno, si heredes ejus non essent; qui predicti redditus in usus tantum sacerdotum sunt ordinati.

Item promissio et astrictio per nos facta de effectu ordinationis misse predicte, cum quibusdam declarationibus et penis non dicentium dictam missam, ut in littera illa clare patet.

(1322.) Item anniversarium domine Elisabeth de Lachon x solidi exteriori et x solidi interiori, per conventum ministrandi; quod si quoquam anno negligeretur, eo anno hospitali inferiori in Bern cederent.

(1343.) Item anniversarium Anne de Gisenstein, que contulit nobis unam et dimidiam scoposam sitam in Mircheln, quas colit C. Sefrit, et unam scoposam sitam in Moersberg quam colit Uolricus de Nentzlingen; que omnes solvent nobis post obitum dicte domine IIII modios spelte et xv solidos equaliter dividendos; que scopose alienari non debent.

(1311.) Item anniversarium Anne Huoterin, xx solidorum reddituum equaliter dividendorum de bonis sitis uff dem Heinberg versus Opplingen, pro quibus potest pignus recipi super ipsis bonis et vendi in foro proximo secundum consuetudinem pignorandi, et quo anno negligerentur ministrari, eo dicti redditus cederent hospitali inferiori in Bern; sed si alienarentur, cederent eidem hospitali perpetuo.

P. 13. Item anniversarium Uolrici de Signowa, xx solidi equaliter dividendi de bonis nostris in Gündliswant sitis, emptis a domino de Kyen.

Item vidimus de anniversario Uolrici de Venringen, tres libre, post mortem Agnetis filie sue et Minne et Clare filiarum suarum, sororumstrarum, de bono dicto di guot ze Buoche, quod Petrus ze Buoche colit juxta stratum publicam dictam dü bergstrass prope Sensam; quas tres libras habebunt in solidum predictae sorores nostre; et post earum obitum exterior conventus x solidos et interior II ¹/₂ libras; que si per heredes non darentur et non emendaretur infra mensem, bonum ipsum ad nos devolvetur, et tunc nos tenebimur ad predictam dispensationem; quam si et nos non faceremus et infra diem et annum non emendaremus, et ipsum bonum tunc alienaremus, ipsum bonum ad hospitale inferius in Berno libere devolveretur.

Si autem heredes volunt dictas tres libras ponere super alias possessiones supra Berno per eos emendas, hoc possunt, et per hoc liberatur predictum bonum ze Buoche. Sed dum hoc factum non est, si predictum bonum deficeret in censu predictarum trium librarum, heredes conditionaliter supplebunt.

Item anniversarium domini Johannis de sancta Cruce, xx solidi equaliter dividendi de bonis, videlicet media area et secundo uno quas colit Johannes de Hoven, orto dicto Hanffgarten solvente duas libras, item agro zem Rottenbach quem faber colit solventem xv sol., et prato cum area que Chuono Vrouzere colit solvente duodecim solidos, item pratis uffem Riede que colit Bur. Zaner solventibus xxvii solidos.

(1324.) Item anniversarium magistri C. Pfefferhardi prepositi sancti Johannis Constantiensis xxx solidi dividendi equaliter de bonis immediatis predictis.

(1344.) Item anniversarium domine Ite relicte quondam Ruodolfi Ysenhuotz III libre sororibus et viii solidi exteriori conventui, posite super duas scoposas sitas ze Muolerron quas colit Nicolaus de Muolerron, solventes v modios spelte et II libras, et super pratum ibidem, de quo idem Nicolaus solvit viii solidos, donatas hospitali inferiori in Berno; quod quidem hospitale si non dederit predictas III libras et viii solidos feria sexta annuatim vel infra octo post requisitionem procurationis, dabit pro pena v solidos ad predictas III libras et viii solidos. Sed si nos dictos redditus alienaremus, cederent libere domui in Buchse. Sed si predicta bona propter caristiam vel gwerram generalem deficeret in censu, hospitale predictum et nos comiter portabimus defectum.

(P. 14. Ganz leer.)

P. 15. Anniversaria in Vriburgo.

(1304.) Anniversarium domini Petri rectoris ecclesie in Tüdingen, videlicet x libras pro refectioe communi

totius monasterii, de bonis comparatis pecunia dicti domini Petri, videlicet feodo quod colit Heinricus Jossi, feodo quod colit dictus Hagelstein, et feodo quod colit Chunradus Galterii, item de possessionibus quibusdam super Wengen, scilicet feodo quod habet Bur. zem Walde, item feodo quod colit Bur. in dün Brückken, et feodo quod colit H. ab dien Rorfluen; que si ministratio pecunie a conventu data non fuerit, anno talis negligentie dicte decem libre ad hospitale in Vriburgo devolverentur.

(1326.) Item ordinatio misse per magistrum Heinricum Pelliparium, ad altare sancte crucis, ad cujus dotationem tribuit ccc libras albe monete; que missa si per sex menses continuos ommissa fuerit, cedet dicta pecunie dotatio hospitali in Vriburgo, et semper dictarum trecentarum librarum fructus, qui percipi posset de bonis comparandis per eas, debet cedere sororibus nostris medio tempore quo et nos ipsam missam ommiserimus, et dictum hospitale dictos fructus a nobis petere et missam apud se instituere distulerit.

Item alia littera declarans immediate precedentem, in qua declaratur, predictas ccc libras jam conversas in emptionem bonorum ecclesie nostre apud Belpo; de quibus promittit conventus ministrare sacerdotibus tantum xvi libras; quas si non solveret, rector hospitalis in Vriburgo per censuram ecclesiasticam et invasionem rerum nostrarum in Belpo (eum) compellere (potest) ad solutionem predictam.

(1335.) Item ordinatio i libre denariorum pro duabus candelis arsuris in nativitate beatissimi Augustini. Item ordinatio duarum librarum pro refectione exterioris conventus et trium librarum interiori conventui in translatione beati Augustini, de monte c vaccarum in Segenstal, cum tali pena quod mutuo dicti redditus alteri cedent conventui sororum vel sacerdotum, cum dicta refectura neglecta fuerit, anno negligentie tantum. Sed si conventus negligeret ministrare dictos redditus, posset compelli per rectorem hospitalis in Vriburgo per censuram ecclesiasticam vel civilem.

Item ordinatio predicti magistri Heinrici III librarum exteriori conventui pro bono vino singulis feriis sextis a festo beati Martini et sex librarum interiori conventui, de bonis ecclesie nostre in Belpo, post mortem sororum Agnetis, Aline et Betsche; ad quarum solutionem rector hospitalis in Vriburgo potest nos compellere per censuram ecclesiasticam vel invasionem earundem rerum ecclesie in Belpe, donec solutum fuerit.

P. 16. Item donavit nobis Johannes de Geinigen (?) dictus a düm Berge bona seu possessiones suas sitas in villa de Garmaswile in territorio, banno seu districtu ejusdem ville, quas colit Uolricus de Utzzenwile dictus Dürri et Chuono de Garmaswile et Salina (Salma?), relicta fratris dicti Chuononis, et Ella relicta fratris ejusdem Chuononis solventes c solidos Lausannenses. Et ipse Johannes retinuit ad vitam suam bona predicta; post mortem vero ejus redibunt ad nos pleno fructu et tunc ad dandum c solidos annuatim Elline filie, et post illius obitum Bercte matertere ejus ad vitam earum, et post earum obitum ad ministrandum exteriori conventui duas libras et interiori tres libras tenebimur de bonis predictis. Porro filii ejus legitimi vel filie dicta bona cum c libris Lausannensibus liberare possunt, ita tamen cum dicta pecunia emanatur redditus centum et decem solidorum, dividendorum exteriori quadraginta quatuor albe monete, et interiori sexaginta sex ejusdem monete.

Item vidimus de anniversario Johannis de Wippingen, videlicet II libre extra et IIII libre intus de bonis nostris in Bœningen. Si vero quoquam anno non ministrarentur extra dicte due libre, cederent illo anno sororibus.

Item unum vidimus alterius vidimus, ordinatio et promissio unius soume vini Lustriaci extra et duarum sororibus, per conventum facta.

(PP. 17 und 18. Ganz leer.)

P. 19. (1346.) Item anniversarium Arnoldi in der Gasson v solidi dandi modo extra, et due libre dande sorori Elsbete, nunc nostre conventuali, quondam uxori dicti Arnoldi, ad vitam ejus; sed post mortem dividende sunt predictae due libre pro tertia parte extra et duabus intus de bonis sitis in parrochia in Hasle, videlicet area under der Egga. Item area uffen der Egga. Item de bono z'den Hirsgruben. Item de bono dicto in der Swendi. Item bono uffem Hostalden concessis in emphiteosim pro dicto censu Heinricho von Husen under Stok; quem si non solveret ipse vel heredes in festo Andree vel infra octavam, ipsa bona libere cedent nobis.

Item vidimus anniversarii domini de Oeijen 1 libra extra et xxx solidi intus de bonis zem Steinhus.

(1345.) Item anniversarium domine Mechthildis de Mulinon mons v vaccarum in ussern Murren ad usus tantum extra.

(1346.) Item anniversarium C. ze der Siton et filiarum ejus Katherine et Frantzze, bona videlicet infrascripta libere nobis per eos donata ad usus ministrationis pro tertia parte extra et duabus intus, quicquid de bonis ipsis percipi poterit, post mortem tantum predicti C. et filiarum suarum. Sunt autem bona hec: unus ager pro semisse unius chori, dictus am Ruolant, situs in alto. Item pratum zem Boungartten ob dem Orte. Item ager dictus Krummacher. Item pratum in der Oeiia dictum Wetzlis-mad cis Lutzschinam, duo videlicet secondia minus quarta parte. Item sexta pars arborum in obren Boungartten dicto Schiltmans Boungartto. Item mons viginti sex vaccarum in alpe Suls. Item mons viii vaccarum et tertia pars montis unius vacce im Schilte.

Item anniversarium domini Johannis Yschers, post mortem ejusdem et sororis Bercte de Stans 1 libra intus et quicquid percipi insuper potest de duabus partibus boni vor düm Steg siti in Grindelwalt exteriori conventui.

(1346.) Item anniversarium domini Johannis de Gurcellon post mortem ejus bona, videlicet bonum im Walde situm in Luterbrunnen emptum a liberis quondam Heinrichi a dür Matton. Item bonum am Lene dictum Burgersguot situm in Sachsatton et emptum a Heinricho Possen et uxore et liberis ejus, solvens quicquid percipi potest (p. 20.) de dictis bonis, exteriori tantum conventui.

